UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 12. Reformationis capita in quibusdam Congregationibus discussa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66577

Visual Library

conſilia eo promptius ſequebatur, quo magis Legati voluntati conſonum eſſet: Unde datis ad eundem literis illius prudentiam valde commendans præcepit, ut juxta tenorem nuper transmiſſum publicæ fidei literas confici juberet, atque ultra trimeſtre diſcuſſionem articuli de communione Calicis, cum interim Proteſtantes expectarentur, differret, atque intra quadraginta dierum intervallum una haberetur Seſſio de Sacramento Pœnitentiæ. Tandem Papa in ſuo reſponſo obſervabat, quod Canones de Euchariſtia paulo fuſiori calamo fuerint conſcripti, unde potius illos eſſe dividendos monebat. (*)

§. XII.

Reformationis capita in quibusdam Congregationibus diſcuſſa.

Eodem tempore, quo Tridenti de doctrinæ capitibus agebatur, aliæ habebantur Congregationes, in quibus ea, quæ morum emendationem concernunt, diſcutiebantur: Præprimis vero agebatur de Jurisdictione Epiſcopali.

Paul. Sarp. l. 4. p. 31. Pallav. l. 12. c. 4. n. 1.

(*) Hæc omnia Continuator ex Paulo Sarpio vix non de verbo deſcripſit, eum tamen allegare noluit, ne forte ſedulus Lector ea deprehenderet, quæ Continuator ad majorem invidiam in Pontifices, & Synodi Patres concitandam pro ſuo arbitrio adjecit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN